

## DE HALOSANTHO

rurfus in superiora distribuatur: quæ circa genituram ceti minimè contingunt. Sed ita quid non sit halosanthos, potius quàm quid sit, indicaui-  
mus: cuius cognitionem certiorè qui desiderârit, ijs qui mercium aut rerû cognoscendarum causa Aegyptû ad-  
eunt, hoc negocij mandet, vt diligen-  
ter hanc in rem inquirent.

## DE SEMINE CETI DIC- cto, eiusq; nomine & facul- tatibus.

**E**T quia nunc ostendimus, Halo-  
santhos veterum, nò esse sperma  
ceti dictum: quidnam hoc sit videamus,  
& quid possit in re medica. Pri-  
mùm igitur apud Germanos in usu  
marinum hoc pharmacû extitisse pu-  
to, & Germanicum eius nomen Lati-  
nè interpretantes aliquos sperma ce-  
ti aut balænæ semen vocasse. Germa-  
ni enim